



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 114. Clementis IX. Epistola ad Ludovicum Franciæ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. degavenſi declarationi ſubſcripſiſſe ſic  
 A. C. 1668. gitor Antonius Arnaldus, qui tamen  
 a Diæceſi abſens erat.

## §. CXIV.

*Clementis IX. Epiftola ad Ludovicum  
 cum Franciæ Regem.*

**H**aud dubium eſt, quin hi quatuor  
 Epifcopi, eorumque fautores, prius  
 quam ſuas celebrarent Synodos, Pon-  
 tifici & Ludovico Regi de ſincera &  
 ſimplici ſua ſubſcriptione fidem fecerint,  
 hacque ratione utrumque deceperint,  
 certum eſt enim, quod eas Synodos  
 nonniſi decima quarta, quinta & deci-  
 ma ſeptima ejuſdem Menſis habuerint  
 & quatuor Epifcoporum epiftola jam  
 jam die vigefima quarta Septembris  
 Romam advenerit, Pontifex autem jam  
 die vigefima octava ejuſdem Menſis re-  
 ſponſum dederit ad Regis epiftolam, quæ  
 hic Pontifici ſignificabat, hos Epifco-  
 pos ſincero animo ſeſe Pontificiis Con-  
 ſtitutionibus ſubjeciſſe: Hujus autem  
 epiftolæ a Pontifice ad Papam data  
 ſumma erat hæc:

„Quam infixæ eſt æque cordi ac ob-  
 „ficio debitoque noſtro de conſervandæ  
 „Catholicæ Religionis per univerſam  
 „Eccleſiam unitate, impenſa cura &  
 „ſollicitudo; tanta ſane cum lætitiâ  
 „cognovimus



„cognovimus in simplici ac pura sub-  
 „scriptione formulari quatuor illorum Sæc. XVII.  
 „Episcoporum obedientiam & obse- A. C. 1668.  
 „quium, a quo profecto magis nos ju-  
 „vat ad clementiam invitari, quam ad  
 „severitatem rigoris a contumacia com-  
 „pelli. Quare Majestatis tuæ in ea re  
 „statim nuncianda, & insigni gratula-  
 „tione prosequenda studium & amorem  
 „incomparabili cum gaudio animique  
 „grati mutua responsione pervidimus.  
 „Libenter quoque ex ejusdem Majesta-  
 „tis tuæ literis & expositione dilecti  
 „filii Magistri de Bourlemont, intellexi-  
 „mus Venerabilem Fratrem Archiepi-  
 „scopum Thebanum Nuntium Apostoli-  
 „cum in executionem mandatorum no-  
 „strorum accersitum. operam impen-  
 „disse, sed imprimis & ante omnia ad-  
 „mirabilem Zeli tui præstantiam, &  
 „sanctæ Religionis ardorem in præsentī  
 „quoque negotio vel maxime cognosci-  
 „mus, & unice amplectimur. Tum ab  
 „eo, etsi minime par esse videmus, ta-  
 „men pro rei gravitate, & muneris  
 „nostri partibus exigentibus summopere  
 „petimus, ut Authoritate Regia effici  
 „velit. ut rei tantæ, & non minus ad  
 „publicas Regni rationes, quam ad  
 „ipsum Religionis incolumitatem atti-  
 „nenti, si quid remaneat, suprema ma-  
 „nus imponatur; & omnibus sanctæ  
 „fidei



Sæc. XVII. „fidei rationibus extendendis quoque  
A. C. 1668. „ac propagandis pio ac potenti Mage-  
 „statis tuæ brachio consulatur, uti ple-  
 „nius & idem Nuntius coram edifferet.  
 „Cæterum consiliis inclitis ac religiosis  
 „tuis præclaras & assiduas novæ gloria  
 „accessiones & omnis felicitatis juga  
 „incrementa a Retributore divino pre-  
 „camur, Apostolica Benedictione et  
 „omni animo paterno amantissime im-  
 „pertita. „

Hanc Pontificis epistolam Ludovicus Rex die octava Octobris recepit, qua perlecta, a suis Ministris persuasus quod Episcopi sincere egissent, per suum Senatum edictum die vigesima tertia Octobris promulgari iussit, quo significatum „se ex Papæ literis percipisse, quod obsequio Apostolicis Constitutionibus præstito, per quatuordecim Episcopos summo Pontifici pleen- satisfactum esset, eo quod hi Alexandri VII. formulæ sincero animo subscripserunt, & in suis Synodis subscribi curassent, hinc jubere, ut in universo Regno Bullæ & Constitutiones deinceps inviolabiliter observarentur, & eorum, necnon præteritæ oppositiones tanquam non factæ respicerentur, nec etiam propterea aliqui tanquam hæretici, Jansenistæ, vel Semi-Pelagiani traducerentur, aut „circa



„circa controversas hæc materias, Sæc. XVII.  
 „calami acuerentur.,, Præterea in si- A. C. 1668.  
 gnium reconciliationis die vigesima se-  
 ptima ejusdem Mensis datis quoque  
 literis significatum est quatuor illis Epi-  
 scopis, „quod ex Papæ literis, & ore tenus  
 „ex ejus Nuntio non sine maximo  
 „gaudio intellectum fuerit, eos ad  
 „reddendam Ecclesiæ pacem, quantum  
 „in ipsis esset, contulisse, & propter  
 „formulæ subscriptionem plenam Pon-  
 „tifici satisfactionem præstitisse, proin-  
 „de eos omnem operam impensuros, ne  
 „hæc dissensiones novis contentionibus  
 „circa controversas hæc quæstiones  
 „renascerentur, ad pium autem hoc  
 „propositum ipsos quoque absdubio  
 „pro viribus concursuros.,,

§. CXV.

*Pontifex per Laudunensem Episco-  
 pum de sincera horum quatuor Præ-  
 sulum subjectione male  
 edoctus.*

**H**aud parum Clemens IX. Papa in sua *Abbé du*  
 de sincero horum Præsulum obse- *Mas recueil*  
 quo concepta opinione firmabatur ipsis *pag. 324.*  
 quoque literis Casparis Estræi Laudu-  
 nensis Episcopi, qui res in Episcopo-  
 rum Synodis gestas ignorasse simulans,  
 aut verius re ipsa ignorans, eo quod ipse-  
 met